



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies  
Meditationibvs illustratæ**

**Paderbornæ, 1697**

S. Joannes Bonus. 22. Octob.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

cecidit, & metu mortis delituit. perfectum nihil est in hoc mundo. Necesse est, ut veniant scandala & peccata in sanctioribus cœnobiis, & congregationibus reperiuntur non sancti. Qui stat, videat, ne cadat: tuæ te pudeat imbecillitatis. Petrus Christum negat, Judas prodit, ambo tamen erant Apostoli.

3. At ex undecim millibus virginum una duntaxat delituit. In religiosis familiis, si per negligentiam & ignaviam unus cadat, stant, & perseverant quam plurimi. Quin etiam cordula, generoso sociarum exemplo accensa, postridie prodit in publicum, & Martirii palmarum adepta est. *In religione (inquit Bernardus) homo vivit purius, cadit rarius, surgit velocius, incedit cautius.*

## S. JOANNES BONUS.

22. Octob.

*Facilius est, camelum per foramen acus transire, quam divitem intrare in Regnum Cœlorum.*

Christus Matth. cap. 19.

**G**enuit Mantua Joannem Bonum, sed ô malum! bonum divitiæ non siverunt esse. Nempe dubites, an cum demortuo parente hæreditatem adiit, plures nummos an vita numeraret. Unica jam Mater suis apud

S 2

Deum

Deum precibus sustinebat in præceps ruente,  
 frustra etiam ipsa futura, nî morbus quoque  
 manum injecisset lectuloque affixisset. Hic,  
 uti ferè amat, gustum illi voluptatum abstu-  
 lit, quæ nuper tam sapiebant. jamque ut vale-  
 ret Joannes, valere mundum jussit & vitam  
 religiosam vovit. Hac salutari medicina in pe-  
 des erectus morbi sui fomenta (divitias) non  
 invitus abjecit, & post vitam prope Cæsenam  
 in summa austertate aliquandiu aëtam, in e-  
 remum ad D. Augustini partes transiit, Ordin-  
 nemque eum magnis incrementis & miracu-  
 lis amplificavit, quin adeo subinde ad castissi-  
 ma vulnerum oscula ab ipsomet Christo in  
 cruce est invitatus. Sed nondum etiam hic  
 extra relijactum Castitas stetit. Huc etiam sa-  
 gitras suas misit Amor improbus. Et jam cor-  
 pus à flammis impuris æstuabat, jam pudor  
 vicinus incendia metuebat; cùm contra tela  
 infanda, tela alia, Arundines strinxit Joannes,  
 & sub primores digitos tam validè ad egit, ut  
 triduum exanimis jacuerit. Triumphavit ta-  
 men hostem à cælo recreatus, & eximius de-  
 hinc ab hostilibus ejuscemodi incurvis vi-  
 xit. Cupidine plus jam arundinum aculeos,  
 quam apum olim fugiente. Ex Ferrey.

MEDI-

## MEDITATIO.

*De periculis divitiarum.*

i. Cum toties Christus dixerit: *Vae vobis divitibus?* parùm sanus est, qui credit in divitiis nullum inesse periculum. Id ipsum Christus exemplo suo demonstravit: venit in mundum, ut viam cœlinobis indicaret, pauper fuit, pauperes voluit discipulos, paupertatem commendavit; & nos Christiani amamus divitias? meditemur ea, quæ in Evangelio leguntur de divitiis; hæc meditatio amorem paupertatis, & divitiarum contemptum nobis ingenerabit.

2. Idcirco tam rara & tam difficilis est divitiarum & virtutum societas, quod divitiæ viam faciant ad omne proflus peccatum, & infinitis curis sic omne tempus absument, utdives vix modicum, ad vacandum saluti, possit invenire. Quid multa? ut cupiditas divitiarum est malorum origo, ita pestis est virtutum.

3. Ergo ne divites de salute desperabunt? minimè: at illam si consequi velint, utantur divitiis suis ad solam Dei voluntatem. Nihil alienum retineant, nec bonis fragilibus opponant cor suum; ibi sit cor eorum, ubi verus thesaurus, hoc est, in regno cœlesti, quod paratur illis, qui bona bene collocaverint, eaque pauperum manibus ad cœlos præmiserint. *Divitiae si diliguntur, ibi serventur, ubi penire non possunt.* Chrysost,

S 3

S. SEVE-